



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Elevtherivs Episcopvs Tornacensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## ELEVTherivs EPISCOPVS

*Tornacensis.*

20. Feb. **P**rimus Nerviorum seu Tornacensium Episcopus, de quo saltem constet certo, fuit superior, qui Sardicensi & Agrippinensi Concilio interfuit. Superiorem secutus est Theodorus, qui Blandinij haud procul à Tornaco resedit. Theodorum excepit sanctus Eleutherius nobili familiâ Tornaci natus, qui annis amplius quadraginta laudatissimè præfuit, & circa annum 523. in Domino obdormiuit. Res ab eo gestas scripserunt Henricus Gandauensis ex Doctore Sorbonico Canonicus Tornacensis, & Guibertus Tornacensis ex Ordine Minorum Doctor Theologus, ex quibus & aliis msc. monumentis eiusdem vitæ historiam Dionysius Villerius Cancellarius Tornacensis concinnauit, & Duaci anno 1591. cum officiis propriis sanctorum Patronorum Tornacensis Ecclesiæ publicauit. Plura de Eleutherio apud Molanum & Ioannem Cognatum vide in historia Tornacensi.

## EVSTATIVS BAVDELOANVS.

**I**nter primos socios Balduini de Bocla fuit, qui Cœnobij Bodelonensis extitit fundator circa annum Domini 1197. vt antè in vita eius diximus. Vir fuit Eustacius eximie Religionis, quod manuscripta eiusdem Monasterij monumenta testantur.

ELL